# INCIPIT EIUSDEM LIBER TERTIUS

ET DIXIT DS EDUCANT AQUE REPTILIA ANI
marum uiuarum & uolatilia super terrā secun
dum firmamentum caeli & factum est sic &
fecit ds cetos magnos & omne animal reptilium
quae eduxerunt aquae secundum genus eorum & omne uolatile
pinnatum secundum genus. & uidit ds quia bona sunt & benedixit
ea ds dicens, crescite & multiplicamini & inplete aquas in mari
& uolatilia multiplicentur sup terram & factum est uespera
& factū est mane dies quintus. Nunc inferiore parte mundi
ex aquis spu uitae mouentur fiunt & primum aquarum quod
aeris qualitati proximum elimentum est quia huic caelo in quo
sunt luminaria tam uicinus est aer ut & ipse caeli nomine accepe
rit, Sed nescio utrum etiam firmamentum possit uocari,
dicuntur autem caeli pluraliter in una eademque re quae dicitur
unum caelum Nam cum in hoc libro singulari numero dicatur
caelum quod diuidit inter aquas quae supra et quae infra sunt
in illo tamen psalmo & aquae inquid quae super caelos sunt
laudent nomen dni & caelos caelorum si bene intellegimus side
reos aeriorum tam quam superiores inferiorum & hos in eode
psalmo accipimus ubi dictum est Laudate eum caeli caelorum,
satis apparet hunc aerem non solum caelum sed etiam caelos dici
sicut dicuntur & terrae. nec aliud significatur quam illa quae
singulariter terra dicitur quando dicimus orbem terrarum
orbem terrae. Hos etiam aereos caelos quondam perisse
diluuio in quadam earum quae canonicae apellantur epistulae
legimus, neque enim humida illa natura quae tantum concreuerat
ut cubitis quindecim altissimorum montium transcenderet

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc141/0058